1437 ~ ~ ~ 30 Xbris

Ex Arch. Monast. Caeli Mont.

337.

63

Nos Joannes de Sprowa Judex et Petrus de Westmun
tow Subjudex Terrae Sandomiriens Generales Significamus
tam praesentibus quam futuris quibus expedit Universis
Quomodo honesta Elisabeth Consors Petri De Jlza coram
Judicio Terrestri comparendo personaliter sana mente
pariter et corpore existens, animo suo deliberato re
cognovit, vendidisse totam suam portionem Haeredita
tis, quam habuit in Bielow, cum omni jure, et
Dominio, cum omnibus et singulis et singulis uti
litatibus, fructibus, censibus, agris, campis, pratis,
pascuis, sylvis, Borris, mellificijs Piscinis Aluvijs Molen
dinis et cum universis pertinentijs, quibuscunque
dicuntur nominibus, ut sola habuit et possedit, nihil
juris et Dominij ibidem pro se penitus excludendo,
Nobili Bartholomeo de Bielow Haeredi, pro vigin
ti Marcis pecuniae monetae et numeri Polonicalis
resignavit perpetualiter et exiterne, et debet ipsum
Bartholomeum intercedere a quolibet Persona
juxta juris formam. Harum quibus in testimonium
literarum Sigilla nostra praesentibus sunt appensa
Datt in Opathow Feria secunda post Festum Nativi
tatis Dni Anno Ejusdem Millesimo Quadringentesimo
Triesimo septimo praesentibus his Dnis, Jacobo de
Czemilow, Joanne de Slawoszowicze, Joanne de Wlost
how, Jasthemo de Willow Petro de Sinow et alijs mul
tis fide dignis.